

## **Syntagma Theologica Sive Principalis Theologiæ Tractatus**

Continet triplicem Tractatum: Primus est de Conscientia. Secundus agit de Merito. Tertius de Reviviscentia meritorum.

**Lourenço, Agostinho**

**Leodici Eburonum, 1692**

Sectio XXVIII. Alia deducuntur, & elucidantur ex præcedente doctrinâ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80151](#)

mittat, ne presumatur illam commisso scienter, & cum pertinacia, docent Albertin. tract. de agnosc. assert. Cathol. quest. 12. num. 6. Simancas de Cathol. Instit. tit. 55. num. 4. Farinae de Heresi, q. 178. num. 150. & alii apud illos, idque ex cap. Dixit Apostolus, 24. queſt. 3. & ibi Gloss. verb. Pertinaci.

Hoc tamen dicit, (& bene) P. Pal. cit. num. 7. intelligentium esse, cum verba sunt dubia; aut materia, circa quam erratur, obscura, & cuius non presumebatur notitia: secundum vero si notitia presumebatur, tunc enim protestatio ab heretici non excusat, quia factio ipso protestationem disolvit: alioqui sic possent excusari omnes heretici, cum possent hanc protestationem facere, & sepe faciunt, ut sic suavius animos simplicius pervertant. Et P. Soar. cit. sect. 3. num. 26. addit, talem protestationem per se, & in foro Dei nunquam excusare heresim, nisi sit conformis voluntati interiori.

Quæres secundum: Utrum sic errans ex ignorancia, si moneatur ab Episcopo, aut Inquisitore, aut aliis viris doctis de suo errore, & adhuc perseveret in illo, credens non esse contra Ecclesiam definitiōnem, censendus sit pertinax, & hereticus? Negant Canus. lib. 12. de Locis, cap. 9. vers. At quid. Sayr. lib. 3. Thesaur. cap. 4. num. 17. P. Turrian. de Trinit. cap. 52. art. 4. in 4. part. Comment. P. Valent. 2. 2. d. 1. q. 11. punct. 1. diff. 4. P. Vasq. 1. 2. quest. 76. art. 3. d. 226. cap. 3. num. 7. quos citat & sequitur P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. num. 25. Et ratio corum est, quia sola Ecclesia, & Pontifex est regula veritatis, cum si infallibili; ceteri vero & falli, & fallere possint; ergo illi discedens, & credens Ecclesiam, non est hereticus, quia non repugnat cum Ecclesia.

Nihilominus probabilius est lententia affirmativa, quam tenet Bartol. in l. Tutor, §. Tutores, num. I. ff. de Suspectis tutorib. & ex illo Rebuff. Prax. Beneficior. in Bull. Cœne excommunic. i. art. 1. verb. Heresis. ver. 1. Quaret quis, Hugolin. de Censur. Pontificis reservat. 2. part. cap. 1. §. 1. n. 1. Penna Direct. 1. part. Comment. 26. ad quest. 12. P. Pal. tom. 1. tract. 4. d. 3. punct. 2. num. 6. & alii. Probatur, quia declaratio solemnis, & publica, quæ testantur homines ita gravissimi, & doctissimi mysterium illud receptum esse ab Ecclesia, facit evidentiam moralem de illius receptione ab Ecclesia; atqui si evidentiam habeas, quod sit evidenter credibile, quidquid ab Ecclesia proponitur, & discredidi mysteria ita proposito, vere, & in rigore Ecclesiæ authoritatis contradicunt; ergo es hereticus; alioquin nullus censendus es et hereticus; siquidem nullus est, qui Ecclesia vera, & à Christo instituta non intendat credere, sed hereticus judicatur, quia huic intentioni censetur contradicere, cum negat, quæ illi proponuntur esse recepta ab Ecclesia. Confirmatur, quia rarus est, cui Ecclesia immediatae proponat mysteria credenda; ergo si mysteriis ab hujusmodi personis propositis non teneris fide Divinâ credere, nunquam teneris credere.

Neque ratio in contrarium obstat; concedimus enim, neminem præter Pontificem esse regulam veritatis, ex quo tamen non infertur, te non esse obligatum credere, quæ hujusmodi persona tibi proponunt credenda; siquidem non obligaris illa credere tanquam ab ipsis proposita, sed tanquam per illas ab Ecclesia proposita. Ita etiam tenet P. Soar. de Fide, d. 19. sect. 3. num. 21. Animadvertisendum tamen est cum P. Sanch. cit. num. 26. P. Pal. cit. num. 6. & P. Tolet. lib. 4. sum. cap. 3. num. 8. faciliter judicandum esse pertinacem, sicque hereticum hominem doctum, quam rusticum, si dissentatur mysteriis fidei propositis; siquidem hic, non ita

verò ille, potest facile ignorare regulas fidei, & obligacionem credendi.

### SECTIO XXVIII.

*Alia deducuntur, & elucidantur ex precedente doctrinâ.*

**T**ERTIÒ deducitur, non posse de objecto fidei sufficienter proposito assensum opinativum haberi, quin sis formaliter hereticus. Ita P. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. quest. 6. Caſtro lib. 1. aduers. heret. cap. 10. Aragon. 2. 2. quest. 11. art. 2. dub. 2. Lorca ibid. d. 42. num. 7. P. Egid. d. 18. dub. 7. num. 105. P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. pun. 2. n. 12. & alii

Probatur primò ex D. Aug. lib. 8. de Trinit. cap. 5. ubi loquens de Beatissimâ Virgine: Itaque, ait, hic salvâ fide liter dicere, forte tales habebat faciem, forte non tales; forte autem de Virgine natus est Christus, nemo salvâ fide Christianâ dixerit: ubi aperte docet, esse contra fidem, sive hereticum dicere, sive judicare, Christum forte natum esse de Virgine; sed nihil aliud est id opinari, quam juicare id forte ita esse; ergo id ita opinari est hereticum.

Probatur secundò, quia assensus opinativus de aliquo objecto judicat necessariò illud esse ita verum, ut possit esse fallum, aut è contra; siquidem judicat objectum non esse omnino certum; sed talis assensus de objecto fidei includit errorem in fide; ergo non potest esse cum objecto fidei sufficienter proposito.

Dices: Credere objecto fidei ob motivum humanum non est peccatum, imò potius frequenter usitatum à fidelibus; siquidem talis credulitas cum fide non pugnat; idem enim alibi diximus cum fide posse esse opinionem. Deinde talis assensus opinativus non est error, imò veritati conformis, ergo &c. Respondeo concedendo, te quidem posse assentiri mysteriis fidei sub aliqua ratione probabili, qualis est dictum alicuius hominis; negando tamen, te habere tunc assensus opinativum absolute de tali mysterio; siquidem non judicas absolute mysterium illud esse probabile, sive non esse omnino certum, sed judicas in actu exercito non esse omnino certum ex vi rationis illius, quæ ratio non est actus contrarius fidei, quia ejus probabilitas potius veratur circa rationem motivam, quam circa mysterium, quod rationi motivæ subest. Unde semper diximus non posse haberi opinionem de objecto fidei absolute sumpto, & sufficienter proposito, ut fide Divinâ credatur.

Quartò deducitur, non assentientem revelationi sibi specialiter, & sufficienter propositæ, esse hereticum. Ita Vega lib. 9. de Justificat. cap. 3. Catharin. in Apolog. de Certitud. grat. cap. ult. P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. num. 32. P. Soar. d. 19. de Fide, sect. 5. num. 11. P. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. q. 4. P. Egid. d. 18. dub. 7. n. 118. P. Pal. tom. 1. tract. 4. d. 3. pun. 2. n. 14. & alii. Probatur, quia tota malitia heresim sit est in contemptu primæ veritatis sufficienter propositæ; siquidem qui sic discredit, quod prima veritas dicit, mendacem Deum facit; sed qui disredit revelationi specialiter sibi factæ, & sufficienter propositæ, eodem modo contemnit primam veritatem, & Deum mendacem facit; Deus enim idem est, si ve publicè, sive specialiter revelans; ergo &c.

Dices cum Lorca 2. 2. q. 11. d. 39. n. 2. & 4. Cor. dub. Rodrig. & Uivald. apud P. Sanch. cit. qui ita dissentitur non est Ecclesia Catholicæ contumax;

siquidem

Si quidem ipsa Ecclesia talem revelationem, cum sit specialis, credendam non apponit; ergo non est haereticus. Respondeo negando consequentiam; neque enim haeresis necessariò petit contumaciam adversus Ecclesiam formaliter, sed adversus Deum revelantem.

**623.** Utrum autem sic haereticus omnes haereticorum penas incurrat? Affirmant P. Sanch. cit. num. 32. & P. Aegid. cit. num. 120, si in actum externum prodeat; quia licet Ecclesia non proponat illam veritatem, ut potè speciale, omnibus credendam; proponit tamen omnibus credendam summam, & primam veritatem revelantem, cui ille oblitus negans illam revelationem sibi factam; ergo &c. Confirmatur, quia qui negaret aliquid, existimans esse ab Ecclesia propositum, cum tamen non sit, vere haereticus esset, & penas incurreret; ergo &c.

**624.** Negant tamen inclius Cordub. lib. 1. qq. q. 17. §. 1. dub. 2. vers. Respondet, P. Soar. d. 19. scđt. 5. n. 12. P. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. q. 4. & P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. punt. 2. n. 15. Probatur, quia Ecclesia suas penas statuit solis haereticis, qui negant ea, quæ ipsa omnibus credenda proponit; sed non ita negat huiusmodi haereticus, cum solum neget sibi specialiter revelatum; ergo &c. Confirmatur, quia ut posset ab Ecclesia puniri tanquam haereticus, debebat eju[m] haeresis manifestari, & in actum externum prodire; sed impossibile videtur, talem dissensum manifestari posse esse contrarium fidei; siquidem cum supponamus, revelationem illam esse speciale, & nulli alteri cognitam, non posset alius constare, quando ei dissentitur, vere dissentiri; ad hanc enim manifestationem erat omnino necessarium revelationem clarè cognoscere; ergo &c.

**625.** Quintò datur, non esse haereticum, neque penas haereticorum incurtere, qui negant fidem verbo, aut facto exteriori tantum, interiori tamen assensu retinet. Ita Angel. Sylvst. Armilla. Taberna. Sot. Navar. P. Tolet. sum. lib. 4. cap. 4. num. 6. P. Soar. tom. 5. in 3. p. d. 4. scđt. 2. num. 22. & d. 21. scđt. 2. n. 3. & d. 14. de Fide, scđt. 6. n. 4. Sayr. in clavi. lib. 4. cap. 4. n. 11. P. Leff. lib. 2. de fide. cap. 43. dub. 2. num. 11. P. Valent. 2. d. 1. q. 12. punt. 1. P. Azor. tom. 1. lib. 8. cap. 9. q. 9. 10. & 11. & cap. 2. q. 5. P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. n. 8. P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. punt. 2. num. 16. & alii. Probatur prima pars, quia haereticus, ut constat ex supra dictis, est peccatum contrarium fidei; sed fides consistit in assensu voluntario intellectus divinae revelationis; ergo haereticus debet necessariò consilere in illius dissensu voluntario; sed hic non datur in propositione eventu; ergo neque haereticus formaliter.

**626.** Probatur secunda pars, quia penas non sunt extenderenda ad alia delicta, prater ea, quibus sunt impositae; sed penas haereticorum solis committentibus haeresim imponuntur; talis autem homo in praedicto eventu haereticus non committit, ut diximus; ergo penas haereticorum non incurrit. Unde ut bene cum P. Tolet. & P. Soar. docet P. Sanch. cit. quilibet Confessarius poterit ab hoc peccato absolvere: tum quia non est vere haereticus, aut apostasia: tum etiam quia haereticus ratione solius excommunicationis reservatur; haereticus vero solum externa absque errore interno non subjetat excommunicationi, ut docent Doctores in materia de Censuris.

**627.** Advertes tamen, hunc prout sic fidem negantem verbo, aut facto, & allegantem, se absque intentione fecisse, ei in foro externo non credi; siquidem adversus illum stat prælumptione, cum nemo præsumatur fieri dicere, aut facere, nisi quod sen-

tit; alioquin omnes haeretici imputari evaderent; cum facilissimo negotio possent hanc excommunicationem assumere. Ita Simancas de Cathol. inst. tit. 13. n. 15. Repert. Inquisit. verb. Probatio. vers. Nota. Roias. tr. de Haret. i. p. n. 304. Farinac. de Haret. q. 179. à n. 55. P. Pal. cit. n. 17. Qui addit, reum, si delictum fateatur, & intentionem neget, torquendum esse super intentione, & non relaxandum: secus verò si non solum illud fateatur, sed de illo sit convicted: tortus autem super intentione si negans persistit, non est indicanda purgatio, & abjuratio si sufficienter tortus fuit; secus verò si non fuit sufficienter tortus, quia per torturam purgavit indicia. Ita Farinac. cit. n. 61. Simancas. & Penna. apud P. Pal. cit.

Sexto datur, negantem propositionem theologicam, qua per illationem evidentem inferitur ex propositione de fide, & principio naturali, ut in hac: *Omnis homo est risibilis: Christus est homo: ergo Christus est risibilis; non est haereticus, sed bene præsumi in foro externo.* Ita Aragon. 2. 1. q. 11. art. 2. vers. His ramen, P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. n. 33. & cap. 8. num. 12. P. Soar. d. 19. de Fide scđt. 6. n. 3. P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. punt. 2. n. 19. Cordub. lib. 1. qq. q. 17. §. 7. dub. 3. notab. 3. Probatur prima pars, quia optimè stare potest, ut quis credit quidquid à Deo revelatum est, cum negatione alicujus propositionis theologicae; siquidem potest sibi videri non rectè deduci ex principio revelato, & evidenti: aut quia principio evidenter non assentiat; ergo negare propositionem theologicam non est haereticus. Confirmatur, quia haeresis esse non potest, nisi dissensus objecti revelati; sed conclusio theologica non est revelata; ergo ejus negatio non est haereticus.

Probatur secunda pars, quia nemo præsumitur negare propositionem theologicam ex eo, quod principio, & illationi evidenti non assentiat, sed ex eo, quod non assentiat principio supernaturali fidei; ergo si in illa negatione persistit, præsumendum est haereticus, & ut haereticus negans principium revelatum, est puniendum. Ita P. Sanch. P. Pal. & alii cit.

Septimò datur, licet ut quis sit haereticus, non requiratur Baptismus, ut docent P. Aegid. d. 18. dub. 6. n. 59. & dub. 7. n. 77. & P. Pal. cit. n. 20. siquidem tota malitia haeresis sita est in dissensu alicujus veritatis revelatae; hunc autem dissensum potest aquæ habere non baptizatus; ut tamen sit haereticus puniabilis ab Ecclesia, necessarium est Baptismum. Ita Aragon. 2. 2. q. 11. dub. 3. Simancas. de Cathol. inst. tit. 31. num. 6. P. Azor. tom. 1. lib. 3. cap. 9. q. 3. P. Soar. tom. 5. de Censur. d. 21. scđt. 2. n. 4. & d. 19. de Fide, scđt. 5. n. 8. P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. n. 34. P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. punt. 2. n. 20. Farinac. de Haret. q. 178. à n. 128. ubi multos refert. Probatur, quia Ecclesia non potest punire, nisi eos, in quos jurisdictionem habet; sed illa non habet in non baptizatos; siquidem Baptismus est janua, per quam quis in Ecclesiam ingreditur, & ejus jurisdictioni subditur; ideoque Concil. Trid. scđt. 14. cap. 2. dixit, Ecclesiam in neminem exercere jurisdictionem, quin prius in ipsum per Baptismi januam fuerit ingressus; ergo &c.

Hinc sequitur primò, si Catechumenus à fide, quam intendebat suscipere, recedat, non postea ejus peccatum ab Ecclesia puniri. Ita P. Soar. P. Sanch. P. Azor. P. Pal. Simancas. cit. Sayr. lib. 3. Thesaur. c. 4. n. 11. quidquid in contrarium dicant Castro, Bannez, & alii. Secundò, idem dicendum de eo, qui defecit à fide, & Baptismum fidei suscepit; licet enim Ecclesia fictionis

fictionis ignara, illum tanquam haeticum puniat, cum tamen Baptismus fuerit irritus, neque heresis, neque confurax, neque Jurisdictionis Ecclesiae est capax. Ita P. Sanch. P. Pal. & Sayr. cit. Tertio, idem etiam dicendum de eo, qui Baptismum suscepit, sed irritum, aut defectu legitima materiae, aut intentionis Ministrorum, putat tamen se vere baptizatum, & ut talis se gerit, licet enim a fide recedat, neque est haeticus, neque ab Ecclesia punibilis: poterit tamen Ecclesia illum cogere ad verum Baptismum suscipiendum, cum jam ex parte sua illud suspernit. Ita Hugolin. Sayr. P. Henrig. lib. 2. de Baptismo cap. 25. n. 6. P. Sanch. cit. n. 36. P. Pal. cit. n. 20. contra Gabr. Castro, Simancas, & P. Azor. lib. 8. cit. cap. 9. q. 1.

Quartò, aliter dicendum de eo, qui vere Baptismum suscepit, quocumque modo illum receperit, etiamsi per metum, & injuriam illum receperit; si enim a fide recedat, erit haeticus, & ab Ecclesia punibilis; quia vere est intra Ecclesiam & membrum visibile illius, ejusque jurisdictioni subiectus, ut ex cap. Majores. §. Nunc autem vers. Si opponitur de Baptismo, & cap. contra Christianos de Haeret. in 6. probat. P. Pal. tom. 1. tr. 4. d. 3. punct. 2. n. 20. & multis allegatis docet Farinac. de Haeret. q. 178. §. 6. n. 141. & 142.

Quintò, qui baptizatus ab infancia nutritus est inter infideles, aut haeticos, & sic amplectitur eorum infidelitatem, aut heresim, non teneri statim credere, neque haeticum reputandum, donec fidem sibi sufficienter propositam respiciat; siquidem cum sola fides in Baptismo infusa absque aliqua exteriori docentis voce, non fatis sit ad credendum; ignorantia excusabitur à pertinaciâ ad heresim requistâ, donec fidem sibi sufficienter propositam neget. Ita Castro, Simancas, Aragon. quos citat, & sequitur P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 1. n. 8. qui num. 6. explicat quando, & quomodo fides dicatur sufficienter proposita, ut quis teneatur credere. Et cap. 7. n. 27. docet hunc ita baptizatum, & ab infancia inter infideles, aut haeticos nutritum, posse ab Ecclesia compelli, ut fidem audiat, & sufficienter sibi propositam amplectatur.

Octavò deducitur, esse verum haeticum, qui sciens aliquid esse ab Ecclesia definitum, non credit, licet dicat, se esse paratum per Ecclesiam corrigit; siquidem non est vere paratus per illam corrigi, qui eius definitionem manifeste repugnat. Similiter dicendum de eo, qui in nondum definitis amplectitur aliquam partem ita tenaciter, ut paratus sit ad illam tuendam, etiam si Ecclesia contrarium definiat; siquidem, licet pars, quam tuerit, non sit haeresis; eò ipsis tamen, quod paratus est resistere Ecclesiae aliter docenti, credit Ecclesiam posse errare, quod est haeticum. Idem dicendum de eo, qui putans aliquid definitum ab Ecclesia, contrarium sentit; siquidem tunc formaliter à fidei ratione recedit, dum credit, definita ab Ecclesia non esse in universum vera. Idem etiam dicendum de eo, qui alicui opinioni tam firmiter tanquam tenenda de fide adhaeret, ut Ecclesia eam non esse de fide declaranti, non sit paratus acquiescere. Ita multis citatis P. Sanch. lib. 2. decal. cap. 7. à n. 28.

## SECTIO XXIX.

## De Conscientia dubia circa Extremam-Uncionem.

**S**UPONO primò de fide, Sacramentum Extrémæ-Uncionis esse verum Sacramentum, ut est definitum in Concil. Florent. in Decret. Eugenii IV. & Trid. sess. 14. can. 1. & ex eo docent omnes Patres, & Doctores: fuisseque immediatè institutum à Christo Domino, ut est definitum in Trid. sess. 14. cap. 1. & can. 1. & docent D. Thom. in 4. dist. 22. q. 1. art. 3. Navar. Scot. Sot. P. Henrig. lib. 3. cap. 7. num. 1. P. Soar. d. 39. sect. 1. & 2. P. Egid. q. 71. an. 1. & ab Apostolo Jacobo promulgatum cap. 5. non autem institutum, ut docuerunt Magist. in 4. dist. 22. Hugo. Alexand. D. Bonav. & alii. Fuisse vero institutum Marc. 6. quando Christus Dominus Apostolos suos misit, ut sanarent infirmos ungendo illos oleo; institutum autem Joan. 20. cum dixit: Quorum remiseritis peccata, remittentur eis: docent ex Trid. cit. P. Henrig. cit. P. Soar. cit. P. Reginald. lib. 28. n. 47. P. Laym. lib. 5. cap. 1. tr. 8. n. 2. P. Pal. tom. 4. tr. 26. punct. 1. n. 4. & 5. & aliis.

Suppono secundò, non dari præceptum recipiendi hoc Sacramentum sub onere peccati mortalis, ut docent P. Henrig. P. Filliu. P. Soar. d. 44. sect. 1. P. Hurt. Dian. 2. p. tr. 4. Resol. 170. P. Tolet. P. Laym. P. Pal. cit. punct. 8. n. 1. licet opositionum dicant Petr. Sot. Torreblanca, Major. in 4. dist. 23. art. 3. P. Turrian. & alii. Imò neque peccare venialiter, qui etiam ex negligencia non vult illud recipere, docent P. Soar. cit. & Villalob. tom. 1. tr. 10. dist. 5. Opositionum tamen iudicio probabilius, si nulla justa causa excusat, cum P. Egid. d. 16. n. 30. dub. ult. P. Laym. cit. P. Tolet. P. Baury. q. 10. P. Pal. cit. n. 2. Leand. tom. 1. tr. 4. d. 1. q. 6. & aliis.

Suppono tertio, Parochium, & Praelatum Religionis teneri sub mortali hoc Sacramentum suis subditis administrare, aut per se, aut per alium; ut potè qui ex officio, atque adeò ex iustitia tenentur salutem suorum subditorum consulere. Ita P. Soar. d. 44. sect. 1. P. Henrig. lib. 3. cap. 7. n. 2. P. Filliu. P. Egid. P. Laym. cit. cap. 7. n. 3. Non tamen ad id tenentur cum periculo vitae, nempe tempore peccatis; cum non sit Sacramentum necessitatis, ut docent P. Soar. cit. sect. 3. n. 30. P. Filliu. Navar. Dian. 5. p. tr. 3. Resol. 83. & 93. P. Pal. & alii. Quid etiam admittunt P. Egid. cit. n. 31. P. Dicastillo. Leand. cit. q. 8. nisi infirmus absque ullo Sacramento moreretur, & timeretur ejus damnatio eterna. Non tamen sub mortali tenetur illud administrare simplex Sacerdos tempore necessitatis, etiam si licet, & facilè possit; (tenebitur vero sub veniali ex lege charitatis,) nisi infirmus illo extremè indigeret ad salutem, prout proximè diximus. Ita P. Laym lib. 5. tract. 8. cap. 7. n. 3. Dian. 2. p. tr. 4. Resol. 170. Leand. cit. q. 9. & alii.

Suppono quartò, materiam remotam hujus Sacramenti esse oleum olivarum, ut est definitum de fide in Concil. Florent. & Trid. sess. 14. cap. 1. & 3. debereque tale oleum benedicti ab Episcopo, cuius benedictio est de necessitate Sacramenti, itaut neque ex commissione Pontificis possit simplex Sacerdos illud benedicere. Non tamen est de necessitate Sacramenti, licet sit de necessitate præcepti, quod sit ab Episcopo benedictum benedictione conlucta Ecclesiae: non vero est necessarium necessitate Sacramenti, aut præcepti, quod sit co-